

Sermo

me traher. vbi dicit Crisostomus. **Q**uanta est misericordia dei trahitur pro trahitore dolet. potius pro trahitore turbatur. Item qui turbatus est super scandalo discipulorum. et super cecitatem iudeorum. **I**n sensualitate voluit tripliciter. scilicet propter timorem future passionis. propter tedium longe afflictionis. et propter tristitia separationis anime et corporis. **U**nde Dachei. xxvi. **C**epit iherosolimitanus pauere et tedere tristari et mestus esse. **A**fflictio enim mortis eius super omnes afflictiones. **N**ec mirum quod simul erat viator et apprehensor. **U**nde anima eius potuit vacare contemplationi in quantum viator. **N**on sic autem est in parisiis hominibus: quorum anime dum vacant contemplationi: minus sentiant que sunt corporis. **E**t sciendum quod dolor ille non fuit passio: sed passio. **P**ro passio enim differt a passione. sicut dispositio ad habitum. quia sicut dispositio est facile mobilis: qui adhuc est in principio: sed habitus est difficile mobilis. quia iam est consolidatus. **I**ta afflictio tunc dicitur pro passio qui animam sic afficit quod non turbat oculum mentis. passio vero quando ita fortis est quod oculum mentis turbat et facit a rectitudine vel dei contemplatione declinare. et tunc leditur ratio et paritur. **I**n corpore voluit: in colli percussione. spinarum penetracione clauorum conficione. **U**nde treno. i. **Q**uos omnes qui transitis per viam attendite et videte si est. dolor similis sicut dolor meus. quia sine causa punitus. a iuda traditus. et ab amicis derelictus. a solatore priuatus. a su-

Quinquagesimastercius

is irrisus. ad modum furis sublati. omni veste nudatus. in patibulo suspensus. et cum clavis affixus. **U**nde in loco passionis scriptum est. **M**eritus. **A**spice qui transis. quia tu mihi causa doloris. **P**ro me passus ita: pro me tu turpia vita. **I**tem **A**spice mortalium pro te datur hostia talis. **I**n cruce sum pro te dum peccas desine pro me. **E**cce qualiter labor et dolores tradidit christus in manus suas: ut ceruices nostras a peccatis et mortis onere liberaret. **E**t sicut ait bernardus. **I**n vitam passionem habuit actionem. et in morte actiuam sustinuit passionem. quod salutem nostram operatus est in medio terre. **M**ere languores nostros ipse tulit: et dolores nostros ipse portauit. **Q**ui sit laus et gloria per infinita secula seculorum. **A**men.

In die sancto pasche.

Epistola. Prima corinth. vi.

Matres expurgate vetus fermentum ut sitis noua conspersio sicut estis azimi. **E**t enim pascha non ita immolatus est christus. **I**taque epulemur. **N**on in fermento veteri. neque in fermento malicie et nequicie: sed in azimis sinceritatis et veritatis.

Euangelium. Marci. xvi.

In illo tempore. **M**aria magdalena et maria iacob et salome emerunt aromata venientes ungerent iherosolimitanum. **E**t valde mane una sabbatorum veniunt ad monumentum: orto iam sole. **E**t dicebant ad invicem. **Q**uis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti. **E**t